





DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS  
DE  
**UNIONE PROLUM,**  
*QUAM*  
Sub PRÆSIDIO  
SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ  
TRINITATIS  
EX DECRETO ET AVTHORITATE  
MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET  
AMPLISSIMI JCTORUM COLLEGII  
IN INCLYTA ARGENTORATENSIMUM  
Universitate

*Pro consequendis summis in utroque jure  
honoribus insigniis & privilegiis*

DOCTORALIBUS  
Publico & solenni examini submittit  
**JUSTUS FRIDERICUS Schöner**  
Suinfurto Francus.

*Ad II. diem Mensis Augusti  
In Auditorio maiori*

**ARGENTORATI**  
Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,  
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.  
Anno M DC XLII.

34 35A.

1642, 5.



*Magnifico, Nobiliſ. & Consultiſſimo*

V I R O

DN. JOHANNI Brandt. J.U. Licentiato  
& Consuli Hamburg. Reipub. eminen-  
tissimo, meritissimo.

NEC NON

*Admodum Reverendo, Excellentiſſimo & Clarifiſſimo*

DN. JOHANNI MÜLLERO, SSæ.

Theol. Doctori & Ecclesiæ Petrinæ inter Hamburgen-  
tes primariæ Pastori meritissimo, Affini meo  
colendissimo.

U T E T

*Viris Ampliſſimiſ Consultiſſimiſ & Spectatiſſimiſ*

DN. JONÆ WEHNERO, Consuli liberæ Imperialis  
Reipubl. Suinfurtensis gravissimo, agnato meo æta-  
tem colendo.

DN. JOHANNI Morsheuser. Ejusdem Reipub. Sena-  
tori prudentissimo, Cognato meo dilectissimo

DN. BERENDT Münden. Patricio Hamburgensi pri-  
mario.

*Dominis Patronis & Fautoribus meis magnis*

*Inauguralem hanc disputationem ea, quâ  
par est, animi submissione*

Offero & Consecro

Justus Fridericus Schöner.

AD DOCTISSIMUM DN. JUST.  
FRIDERICUM SCHÖNERUM FRANCUM,  
J. U. Doctorandum.

EPIGRAMMA

CONRADI BACHMANNI Profess. Marpurgensis  
*Argentinam transmissum.*

**A**nne hoc velle tuum fuerat Schöner? profectus  
Velle tuum hoc poteras dissimulare, refer?  
Intima amicorum stent cordis aperta. nec ipse  
Has animi poteram pensiculare minas.  
Sed bene. pro lubitu vult se mutare voluntas,  
Sic tua Schöneri mens bene versa fuit.  
In leges deferre animum atque è legibus ipsis  
Ferre decus, non est gloria lausque levis.  
Tu poteras legum scrutari sensa; mearunt  
Sensa hæc intra animi nunc penetrare tui.  
**Q**uod ne inter paucos sileat lateatque profunde,  
Præco tuæ laudis publicus ecce datur.  
Argentina tuæ fiet jam buccina famæ.  
*Schönerus Doctor claret in arte Dices.*  
Clareat ille diu, vigeat res publica, lucem  
Accipiat patriæ curia remque forum.

*Aliud.*

**Q**uos locus aërios montes disiunxit, eosdem  
disiunctos retinet, nec coisse sinit.  
Non tamen unanimes ita disiunguntur amici  
quò minus hi sese rursus adire queant.

) : ( 2

Non

Non ita, mi Schönere, Dices clarissime myſta?  
quod loquor, id facilè testificando probas.  
Cum Salanus enim nos consociāſſet Apollo,  
Tu mihi de multis primus amicus eras.  
Sed sors instabilis nos dividit inque diversas  
me jubet ire vias, Te jubet ire vias.  
Dividimur: verūm nos divisos Schola Varni  
accipit, & rursus jungit amore pio.  
Hic quoque cœptus amor, fatoque DEoque volente  
rumpitur à Niso, Te tua fata trahunt.  
Fata trahunt, retrahunt: nosque unio tertia nobis  
reddidit ad Pindum, quem lavat unda Lani.  
Longa nec Hassiacō mora nos Helicone retardat,  
Argyropēn migras, Argyropēn sequor.  
Sic igitur multum pariles ætate locisque,  
Ingeniis etiam viximus usque pares.  
Clara sed Argyrope virtutis honoribus æqua,  
Te mihi nunc alium dissimilémque facit.  
O modò disparitas hæc par, paritásque sit impar  
qua ratione queat vel mea vota velint!  
Nomine Doctorem faciat, Pyladen sinat esse:  
nomine sic dispar, pectore sed par eris.  
Hoc sperans voveo, meritis votumque brabeis  
insuper addo: recens hic bene cedat honos.  
Cedat is in laudes Jovæ, solamen egeni,  
in patriæ decus & commoda mille tua.

Sic Argentinam transiens l. mq; gratulabatur  
amicissimo suo Schönere

Ernestus Ludouicus Avermann  
Isennacensis.

## I. N. D. N. I. C.

## P R A E F A T I O .

 Um more Academico satis laudabili hactenus viderim esse receptum, ut ad disputationes inaugurales ex potissimum elegantur & proponantur materiæ, quæ non solum aliquid subtilitatis & difficultatis in se continent, sed & quarum frequentia in foro non est exigua, atque adeo utilitas in vita communi non contemnenda: Summa enim, ad stipulante Seneca, esset dementia in tanta temporis egestate supervacanea discere, fatuitas summa jus abolidum scrupulosè indagare & in non necessariis incanescere, decisiones autem quæstionum quotidie occurrentium penitus ignorare. Quare & ego morem illum duxi esse sequendum, atque adeo loco thematis inauguralis hanc præcipuè volui eligere materiam, quæ, ut hac in re testis est Rick. *in præfat. tract. de unione prolium* non solum scrupulosa,

A pulosa,

pulosa, perplexa & obscura est, sed etiam omnino utilis scituque necessaria, iis præser-tim, qui in Germania juris periti titulum am-biunt, ne forsitan ipsis idem, quod in casu non absimili Quintus Mucius J Ctus Servio ex-probravit in l.2. §. Servius 43. de Orig. jur. ob-jici queat, siquidem eodem Rickio testante, vix ulla materia in Germania magis, quam hæc nostra frequentata conspicitur: Ejus ita-que tractationem pro virili à me institutam benevolæ Eruditorum censuræ hac vice sub-mitto, ab iis, si quo in puncto tristi illo ex l.2. §. si quid. C. d. V. I. E. mortalitatis & ex l.3. §. 13. & 16. C. eod. humanæ naturæ imbecillita-tis privilegio usus à veritatis tramite aberra-vero, aut aliquid tractandum prætermisero, in viam reduci & melius informari desi-derans.

#### THEISIS I.

Tractatio  
verbalis.

A.

**A**Nequam ad materiæ susceptæ ἐργατολογίαν devenia-mus, in frontispicio ejus ἐργατολογίαν proponere consul-tum judicamus, (a.) quam inscriptionis (b.) evolutā Ety-mologiâ, (c.) Homonymiâ, (d.) Synonymiâ (e.) & descen-dentibus inde Paronymis (f.) absolvemus.

(a.) Imitaturi exemplum J Ctii Ulpiani l. 1. pr. ff. de I. & I. l. 1. §. 1. ff. de pacl. l. 1. ff. de furt. l. 1. ff. de acquir. pos. Quanquam enim in omni tractatione legitimè instituta præ verbis potior terum veniat habenda

habenda ratio. Gædd. ad rub. tit. ff. de V.S. in pr. cùm verbarebus, non autem res verbis debeant deservire c. humanae aures. II. can. 22. q. 5. Gail. I. obs. 150. num. 6. tamen, quia ea significandarum rerum gratia potissimum sunt inventa. §. 29. Inst. de Legat. dicentisque voluntatem demonstrant l. 7. §. 2. ff. de suppell. leg. ac in ipsarum rerum perceptionem nos provehunt, teste Scalig. Exere. I. sect. I. jure merito eorum prior erit habenda ratio.

(b.) Quæ est de UNIONE PROLIUM. Cum autem ea duabus diversis constet vocibus, quarum unaquæque propriam suam habet significationem, ideo singulas separatim volumus considerare, secuti C I.A. tit. de R.V. th. 3. & tit. fam. herc. th. I.

(c.) UNIONIS vocula originem suam deducit ab unire, quod C. Etymo-Latinis idem est, ac ex duobus aut pluribus unū quid efficere, Germanis verò Vereinigen. Hoc sensu agri finib. amotis dicuntur uniri arg. l. 32. ff. de S.P. R. ubi Bart. & l. 30. ff. de S.V.P. item Ecclesiæ (de quorum Unione vide Lancellot. Inst. jur. Canon. lib. 2. tit. 19.) præbendæ, jura & beneficia Ecclesiastica, Episcopatus, per cap. sicut 8. ext. de Exces. prælat. ibique gl. c. & temporis 16. q. 4. extr. de etate qual. & ord. Bertachin. in Repert. verb. unio. Decianus vol. I. Resp. 17. n. 16. gl. ad c. 1. extr. ne sede vac. ut & civitates, regiones, dignitates, dominia, castra, jurisdictiones, actiones argum. l. un. §. sed et si. C. de Rei ux. act. Musc. de unione prol. lit. a. n. 5. Rick. eodem tract. c. I. nu. 2. & seqq. Posterior vox prolis notante Corv. in Lex. deducitur ab olesco, quam notationem nos hic scrupulosè non indagabimus, sed aliis id officii relinqueremus.

(d.) UNIONIS verbum apud probatæ Latinitatis Autores & D. Homologographos in variis significationibus deprehenditur usurpatum. 1. Ut plurimum significat conjunctionem s. concretionem & coalitionem duarum aut plurium rerum & partium. 2. Nonnunquam consensum & concordiam animorum designat, quia inter animos unitos facilime consensus & mutua alitur concordia. 3. Interdum pro fœdere sumitur, hinc bellum illud, quod à confederatis Germaniæ Principibus superiori tempore gestū est, bellum unionis fuit vocatum. 4. Non raro etiam pro margarita l. 6. ff. de aur. & arg. leg. quæ apud mare rubrum crescit & coalescit l. 19. §. pen. ff. d. t. quam nominamus Ein Perle, quæ inde unionis nomine insignita censemur, quod semper una tantum, nunquam autem duæ pluresve simul reperiantur teste Plinio lib. 9. nat. hist. c. 35. 5. Deni-

B.

A 2 que

que accipitur etiam pro bülbo solitario, sive genere ceparum capitato Colum. lib. 12. c. 10. Quæ ex his significationibus hujus sit loci, patescet ex iis, quæ lit. seq. e. dicemus. Verbum *prolis* denotat propriè plantam s. ramum succrescentem, einen jungen Sproßling, hinc *Virg.* olivæ proles. Significat etiam progeniem teste *Lucret.* lib. 2. ibi. duellica prole equorum. *Virg.* *Aeneid.* ferrea proles. Nobis hic liberos denotat sive sint filii vel filiae.

E. (e.) Unio prolium itaq; designat actum illum, quo liberi diversi matrimonii invicem exæquantur, quem Germani vocant die *Einkindschafft* Ordin. Francon. part. 3. tit. 108. & aliquot seqq. Item die *Einkindschafftmachung* ibid. tit. 118. vel *Einkindschaffberedung* Philip. Meist. Spec. Notar. lib. 2. part. 2. sect. 6. tit. 3. Doctores eundem etiam nominant parificationem liberorum Bocer. claf. 1. Disput. 12. th. 1. Fi- chard. cons. 74. num. 8. vol. 1. pariationem prolium Musc. d.l. lit. a.n. 4. Conjunctionem prolium. Gail. 2. observ. 125. nu 11. Adfiliationem Musc. d.l. lit. d. n. 48. Rick. d.l. c. 3. num. 12. Filiationem reciprocam. Idem d.l. c. 2. Abusivam filiorum adlectionem. Rick. d.l. c. 4. num. 28. item simpliciter unionem & pariationem. dd. DD. passim.

F. (f.) Ab hac unione liberi invicem uniti privigni scil. & Paronyma, privignæ dicuntur LIBERI RECEPTITII s. PARIFICATI, Musc. d.l. lit. b. n. 26 gleichgemachte Kinder. Ordin. Francon. d. part. 3. tit. 117. in inscript. Item angewündschte Kinder. Obr. consil. ms. 50. vol. 1. parentes eorum, vitricus scil. & noverca, PARENTES FICTITII. Rick. d.l. passim. ADSCITITII Musc. lit. b. n. 3. COOPTATI. Rick. c. 5. n. 20. RECEPTITII. Plebst Disp. ad jus Würtenb. 3. th. 98. Rechtgemachte Eltern. Ordin. Francon. d. p. 3. tit. 114. §. 2. Hinc etiam jus illud inter parentes unientes & liberos unitos dicitur PARENTELA FICTITIA & FI- LIATIO FICTITIA. Rick. d. c. 3. n. 13.

### THEISIS II.

Tractatio  
realis.

Definitio.

Justa nunc methodo ad ~~τεραγη πατοληγίαν~~ accedamus, ubi primum unionem prolium definiemus & dividemus, deinde eam ut constituendam ac constitutā considerabimus. Definitio ita concipi posse videtur: Unio prolium est actus (a.) legitimus (b.) & solennis, (c.) quo liberi diversi matrimonii (d.) à parentibus ad secundas nuptias accendentibus (e.) ratione juris filiationis invicem exæquantur (f.).

(a) Ge-

(a.) Generis loco posuimus vocabulum actus, cuius significatio traditur in l. 19. ff. de V. S. ubi Gædd ait: *actum significare ipsum factum, quo res & negotia fiant.* Cum itaque unio prolium sit ipsa liberorum hinc inde facta adsumtio teste Bachov. ad Tr. I. Disp. 2. th. II. lit. c. maluimus eam definire per actum, quam cum Musc. d. l. lit. c. & Treutl. d. l. per pactum: *Quamvis enim ista liberorum parificatio mediante pacto constituatur, sicuti infra th. 4. lit. c. dicemus, tamen exinde non statim licet colligere, quod saltem simplex sit actum, ut vult Treutl. d. l. præsertim cum ea in nudis placiti terminis inter consentientes non consistat, sed suas insuper requirat solennitates, de quibus vide infra th. 6.*

(b.) Hæc vocula hoc in loco in latiori significatu sumuntur, ita ut etiam id, quod à jure Civili non scripto, sive consuetudine est introductum, possit dici legitimum, quo sensu etiam legis vocabulum nonnunquam accipi testatur C. I. A. tit de Legib. th. I. nu. 2. per l. I. C. ne fidejuss. vel mandat. dot. dent. ibi sive ex jure sive ex consuetudine lex proficitur, non verò in strictiori, ut id tantum significet, quod à jure Civili scripto est introductum, quo posteriori sensu definiri actus legitimos in l. 77. ff. de R. I. testantur Decius ad d. l. 77. num. 2. & Dynus ad c. 50. de R. I. in 6. talis enim actus legitimus unio prolium dubio procul nunquam poterit dici, utpote quæ juri Civili scripto, ut & Canonico, plane habetur incognita Fichard. vol. I. conf. 47. nu. 8. & vol. 2. conf. 89. num. 2. Bocerus tamen d. claf. I. disp. 12. th. 9. non dubitat eam actibus illis legitimis, qui recensentur in d. l. 77. ff. de R. I. accensere ideò, quia adoptio, cui unio adsimilatur, talis est actus. l. 4. ff. de Adopt. & l. I. C. eod. l. 3. ff. de Off. Procons. Indicat insimul vocabulum *legimus*, quod unio prolium legibus scriptis non repugnet, sive contraria sit, nullibi enim in legibus ea inventitur prohibita, quod autem jus Civile non corrigit, ipsi non dicitur contrarium Handed. consult. 2. num. 33. vol. I part. I. quin potius ipsi omnino congrua est & conveniens teste Musc. d. l. lit. d. num 48. Rick. d. cap. 3. n. 32. argumento adoptionis, quam in plurimis capitibus unio imitatur. Eets. de pact. famil. illust. fol. 133 Ampliss. & Consul. Dn. D. Tabor Praeceptor ac Patronus meus æterno observantia & cultu prosequendus in Benedict. Syllog. I. bened. 5. num. I. conferatur. l. 132. ff. de V.O. Meichsn tom. 4. decis. cam. Imper. 6. n. 41.

(c.) Certas enim hic actus, sicut ipsa quoque adoptio l. 25. §. I. ff. de adopt. & l. 5. C. de suis & legit. hered. ad suam perfectionem re-

*Liberi* A 3

quirit

C.

quirit solennitates; quibus ad amissim non observatis, id, quod actum est, nō valet, *Dn. D. Tabor. d. l. n. 5.* Aliās, si hæc unio promiscue cuiuslibet liberæ voluntati & privatæ affectioni permitteretur, circa ullam publicæ solennitatis observationem & necessitatem, non dubium foret, quin ipso jure nulla & potius pro corruptela Reipubl. quām aliquo salutari litium minuendarum remedio es- set habenda *Gail. 2. obs. 125. n. 11. Gylman. tom. 1. part. 3. vot. Cam. 13. n. 10.* quæ verò istæ solennitates sint, exponit *th. 6.*

- D. (d.) Qui enim ex uno & eodem matrimonio atque ita ex iisdem sunt procreati parentibus, eos ipsa natura & sanguinis jus exæquavit, quapropter in iis nulla juris Civilis & statutarii fictio- ne est opus, ne veritas imagine naturæ adumbretur. *l. 13. ff. de liber. & posthum. Meichsn. lib. 1. decif. 8. nu. 7.*
- E. (e.) Hæc verba unionem prolium ab adoptione & arroga- tione secernunt, eæ enim etiam ab aliis personis, quām parenti- bus fieri possunt. *C. I. A. de Adopt. th. 5.* Unio autem prolium à solis parentibus ad secundas nuptias accendentibus, *conf. th. 4. lit. e. & f.*
- F. (f.) Ac si omnes illi liberi ex uno eodemque matrimonio procreati *C. I. A. de Adopt. th. 67.* -atque ita utrique parentes libero- rum unitorum veri sive legitimi ac naturales parentes, & econtra liberi diversi matrimonii amborum parentum unientium legitimi & naturales essent liberi. *Ordinat. Francon. part. 3 tit. 113. §. 1.* idque saltem per fictionem & commentum juris, sicuti adoptio, ut lo- quitur Papinianus in *l. 76. ff. de Condit. & demonst. sive ad vicem natu- ralium. l. 23. pr. ff. de lib. & posth. hered. l. 2. C. de Adopt l. 4. C. de decur.*

### THE S I S III.

#### Divisio.

Dividi potest unio prolium ratione temporis in eam, quæ vel ante matrimonium, (a) vel post illud jam contra- ctum (b.) constituitur: item ratione subjecti in eam, quæ est puberum, vel impuberum liberorum; (c.) Et denique ratione bonorum in eam, quæ aut concernit bona universa (d.) aut saltem certam eorum partem (e.)

- A. (a.) Idque vel interpositis PACTIS DOTALIBUS. (quæ li- cet & ante & post nuptias interponi possint per *l. 1. pr. l. 12. §. 1 l. 28. ff. de pact. dotal. l. 2. §. 3. in fine de Reb. cred. C. I. A. de pact. dotal. th. 1.* ta- men frequentius eas antecedere solent.) Quomodo de jure Fran- conico pactis dotalibus unio prolium fieri debeat, docet specialis titulus

titulus in Ordin. Francon. part. 3. qui numero est 109. rubr. Wie in Heys rathsbehaidigungen die Einkindschafften mögen auffgerichtet werden. vel ALIIS PACTIS SIMPLICIBUS, adhibitis tamen solennitatibus, siquidem non semper à personis matrimonii contrahere volentibus pacta eriguntur dotalia, cum matrimonium etiam sine dote possit subsistere. l. ultim. vers. sicut n. C. de donat. ante nupt. l. ii. pr. & S. II. in pr. & vers. eodem modo C. de Repud. Novell. 22. c. 18. C. I. A. de jure dot. th. 3.

(b.) Musc. d. l. lit. g. n. 61. cum quo facit Ordin. Francon. part. 3. tit. 110. Von Einkindschafften so außerhalb der Ehebehaidigung durch verträge auffgerichtet werden. §. i. dieweil. Statuto tamen Franconfurensi part. 3. tit. 10. Von Einkindschafften. s. demnach so ordnen 2. cautum est, ut unio prolium non nisi ante matrimonium, vel in ipso tractatu matrimoniali erigatur, testante Musc. d.l.lit.g.n.61.

(c.) Quemadmodum ipsa quoque arrogatio ita dividi solet. Gilken. de prescript. part. 3. cap. 3. n. 69. C. I. A. tit. de Adoption. th. 10. 45. 49. 50. & seqq.

(d.) Amborum scil. parentum ac ipsorum liberorum, sive ea jam sint acquisita, sive adhuc acquirenda Meichsn. tom. 4. decis. 6. n. 23. Ordin. Franc tit. 118 §. 3. verb. Zum andern so werden alle die Haab vñ Güter so die Kinder jeho haben/oder künftiglich/da sie noch bey ihren Eltern vñabgetheilet weren/ererben/bekommen vnd erlangen möchten der Eltern aigen. &c. ubi tamen sciendum, si unio prolium forsan respectu hereditatis futuræ instituatur, (id quod non raro fieri testatur Ordinat. Franc d.l.tit. 119. §. 8.) quod tunc ejus, cuius successio speratur, videlicet avi aut alterius, debeat accedere consensus arg. l. fin. C. de pact. Plebst. d. Disp. 3. th. 94. ubi etiam statutum Würtenb. allegat. Landr. part 3. tit. 9. §. Und damit. vers. Es hetten dann. Ordin. Franc d. tit. 119. §. 8. Wir wollen auch. quod ideo constitutum, ne avus liberos illos fictios, quos filius invicem exæquavit, ea hereditate postea defraudet. Ordin. Fr. d. l. Illum verò tertii consensum etiam post pactum unionis jam perfectum, instar ratificationis posse accedere, cum is non sit pars solennitatis, sed operetur saltem confirmationem ejus, quod est gestum, ait Plebst d. l. arg. l. fin. C. ad Sct. Maced. l. 60. de R. I.

(e.) Musc. d. l. lit. o. num. 109. Non enim necesse est, ut unio semper universam concernat hereditatem, sed non raro etiam de certis tantummodo bonis potest constitui, veluti de acquæstu & collabo-

B.

C.

D.

E.

collaboratione conjugali, ita, ut bona immobilia & hereditaria singulis liberis relinquatur libera & præcipua, *Musc. d.l. lit. o.* id quod præcipue iis fit casibus, quando nimia inter bona unitorum & unentium est inæqualitas.

#### THE S I S IV.

Causa efficiens.

Præmissa definitione & divisione, jam in consideratione unionis prolium constituendæ ad causas erit progreendiendum. Inter eas primum locum tribuimus Efficienti, quæ h̄ic triplex dari potest: REMOTA scil. ratione originis, eaque est *Consuetudo* (a.) PROPINQUA scil. ratione approbationis & confirmationis, sunt *ordinationes* & *statuta locorum specialia* (b.) PROXIMA denique, ratione constitutionis, est *consensus* (c.) personarum (d.) ad secundas nuptias (e.) accedentium (f.)

A.

(a.) Seu jus Civile non scriptum, quod moribus est introductum & consensu utentium comprobatum. per §. 9. *Inst. de I.N.G.* & c. parique passu cum lege scripta ambulat. l. 32. ff. de *LL.* ibique *Dd.* Postquam enim moribus nostris Arrogationes abiere in desuetudinem *Reinh. part. 1. diff. 51.* *Choppin. ad consuetud.* *Andegav. lib. 3. c. 3. tit. 2. n. 13.* aliis planè moribus *Besold. in thes. pr. vebo Unio Bocer. d. 1. Disp. 12. th. 2.* quorum tamen initium vetustatis tenebris latet obvolutum, ut loqui amat *Musc. d.l. lit. d. num. 43.* vice adoptionis, quæ etiam in plerisque provinciis, non tamen omnibus. *Besold. ad part. 3. tit. 9. num. 76.* *Landtr. ab usu recessit.* *Schurff. consil. 83.* unio prolium est recepta. *Besold. delib. ex 1. Pandect. lib. quest. 34.* & ad d. tit. 9. *Landtr. part. 3. num. 73.* *Ampl. & Consult. Dn. D. Tabor in d. bened. 5. num. 1.* *Forst. consil. 8. n 2.* *Gylman. Votor. Camer. tom. 1. part. 3. vot. 13. num 8.* *Gilk. de præsc. part. 3. cap. 3. num 64.* & seqq. atque adeo hodie ferè passim in Germania in usu est *Gail. 2. obser. 125. n. 1.* *Musc. d.l. lit. f. Treutl. 1. Disp. 2. th. 11. lit. a.* *Coler. conf. 47. nu. 26.* *Hubner disput. ad inst. 5. th. 27.* Verum quamvis consuetudinis ususq; longævi non vilis sit autoritas, ea tamen non usque adeo sui valitura est momento, ut aut rationem vincat aut legem l. 2. C. quæ sit long. consu. ideo omnino presupponendum est, hanc juris speciem instar aliarum, quæ ob certam introductæ sunt rationem, suo quoque rationabili principio non esse destitutam. *Treutl. d.l. lit. c. argum. l. 39. de Legib. Nov. 134. cap. 1.* &

cap. i. & c. ult. extr. de consuet. c. mala 3. dist. 8. id quod salutem publicam rerumque privatarum commodum & incrementum fuisse infra dicemus.

(b.) Inter quæ primum meritò obtinet locum Ordinatio Moguntina, quia in Camera Imperiali ob solennitatum adhibitio nem est approbata testantibus id Gail. 2. obs. 125. num. 7. Gylman. tom. 1. part. 3. votor. Camer 13. num. 9. Dn. D. Tabore d. bened. 5. in fine. Meichs. tom. 4. decis. 6 num. 33. ubi aliquot recenset præjudicia, veluti in causa Wagner contra Vast. item Müller contra Kochin. & in causa Wagners/Beckers & Türcheim contra Hansen Wagner vnd Belsen Wehrner. Alia insuper statuta recenset Musc. d. l. lit. f. veluti Elect Palat. Juliacense, Würtenbergense, Badense, Francofurt, Wormat. Freiburg. quæ singula cum ordinatione Moguntina consentire ait: His adjungere liceat Ordinationem Franconia part. 3. tit. 108. & aliquot seqq.

(c.) per modum pacti sive conventionis ab utraque parte interveniens, & in id directus, ut liberos invicem per hunc unionis actum exæquare velint, ne scil. aliâs uni parentum invito suus agnascatur heres arg. §. 5. Inst. de Adopr. Ideoque eo ipso, dum parentes ad secundas accedunt nuptias, unio prolium non statim inducit, nisi statuto & consuetudine aliud sit introductum. Musc. d. l. lit. b. num. 17. sed necesse est, expressum utriusque parentis præcedat placitum, quod postmodùm aliis requisitis & solennitatibus præviis coram competente Magistratu confirmari curant. Dum itaque utriusque partis consensum ad celebrandum unionis actum requisivimus, exinde satis liquidò constare arbitramur, unionem prolium à nullo parentum testamento ita posse induci, ut vi istius non solum bona testantis, sed etiam alterius parentis non testantis inter liberos ex æquo veniant dividenda: Præterquam enim, quod unio nunquam vires & effectus sortiatur, nisi omnibus suis sit absoluta solennitatibus, quæ in tali testamento intervenisse nunquam fingi possunt. Musc. lit. r. n. 134. operaretur tale testamentum vim testamenti duplicitis, & in eo testator disponeret de hereditate tertii scil. alterius conjugis contra l. fin. in fin. C. de pact. Ideoque talis per testamentum unionis inductio reprobatur etiam de jure Franconico Ordin. Franc. d. part. 3 tit. 116. Non Einsätzungen so in Testamenten geschehen. Treutl. tamen l. Disp. 2. th. ii. lit. d. statuit, patrem unionem prolium in testamento inducere

C.

B posse,

posse, si scil. iste de suis tantummodo bonis inter liberos ex se in duobus matrimonii procreatos per unionem distribuendis disponat. Verum recte ibi reprehenditur à Bachov. in not. ad lit. d. quia isti demum liberi, qui non ex eodem sed diversis parentibus sunt procreati, & qui alterutri parētum unientium sunt priuigni, dicuntur uniri. Insuper hīc notandum, quod eo ipso, dum personarum unientium requirimus consensum, non excludamus consensum uniendarum, sed eum omnino presupponamus, nec enim actus hic inter invitatos celebrari debet, sed, quemadmodum in adoptionibus adoptantes & adoptandos consentire oportet. l. s. l. 24. ff. de Adopt. Wesenb. in ḡ. ff. eod. num. 4. ita etiam in hoc unionis actu unientes & uniendos, (si scil. hi puberes sint & cōsentire possint,) similia enim in hoc quoque sunt jura Adoptionis & prolium parificationis: concordat statutum Würtenb. part 3. tit. 9. §. Da aber unter den Kindern ic. Ordinatio Francon. part. 3. tit. III. §. 13. verbis derent halben wollen wir / wann ein Einkindschafft zwischen Kindern; derent eines theils oder alle mündig vnd eines zünlichen Verstandts sein/vff gerichtet werden wöllen/ daß ohne oder wider ihren willen / wissen/ vnd beysein die Einkindschafften nit gemacht werden sollen. conferantur §§. seqq. ubi in fin. ultoriū expressè constitutum, ne Magistratus unionem istam, quam ipse liberis proficuum fore credit, confirmet, si liberi in eam consentire recusant. Si autem liberi uniendi sunt adhuc impuberes & tempore unionis instituenda consentire non possunt, quæritur, anne post pubertatem & crescente judicio eam rescindere possint, si videant, quod ipsis ea non expedit? hujus quæstionis decisio peti poterit ex iis, quæ infra th. 10. dicentur.

D. (d.) Non distinguimus hīc, utrum personæ sint nobiles, an vero ignobiles, cum enim nullum sit dubium, quin etiam nobiles adoptare & arrogare possint, utpote qui nullibi prohibentur, non video, ecce ab unione prolium, quæ adoptioni & arrogationi similis & in earum locum est introducta, per ea quæ supra h. th. lit. a. dicta sunt, debeant arceri: Statuto tamen Francofurtensi singulatim constitutum legimus, unionem non facile (i.e. nisi graves adsint causæ & Magistratus accedat authoritas) inter Patricios & eorum liberos, sed saltem inter plebejos, quibus tenues sunt facultates & nulla avita prædia, debere institui: Ordin. Francof. p. 3. tit. 10. §. So auch Musc. lit g n. 61. Quemadmodum autē persona adoptans adoptandam plena pubertate debet antecedere §. 4. Instit. de Adopt. l. 40. §.

I. 40. §. non tantum. ff. eod. Ita etiam vitricus, qui locum veri patris subit, plena pubertate, i. e. 18. annis, filium uniendum antecedat. Gilken. de præscript. part. 3. c. 3. num. 81. nisi aliud vel consuetudine vel statuto fuerit statutum & receptum.

(e.) Per secundas nuptias h̄ic intelligimus non tantūm eas, quæ ordine sunt secundæ, sed omnes, quæcunque post primas contrahuntur, licet vigesimæ sint, ut loquitur gloß. in rubr. C. de secund. nupt. arg. l. si quis prioris. §. 1. & 3. C. d. t. ibique Sichard. n. 9. quemadmodum secundus h̄eres dicitur is, qui vel in secundo vel ulteriori quovis gradu ad hereditatem vocatur l. 1. pr. & l. 43. §. Lucius ff. de vulg. & pup. subst. Has autem nuptias licitas esse probat Mesterius tract. de secund. nupt.

(f.) Hisce verbis non hoc volumus, quasi ad constitutio-  
nem unionis prolium semper requiratur, ut utraque persona se-  
cundas contrahat nuptias, sed sufficit, si saltem una earum id facit,  
dummodo illa ex priori conjugio liberos adhuc habeat superstites,  
& insuper spes sit, ex altero etiā liberos iri procreatū: Illæ enim per-  
sonæ in quibus nulla amplius generationis spes effulget, sicuti nec  
matrimonia contrahere c. 2. ext. de frigid. & malef. Suth diss. 2. aph. 25. C.  
l. A. de Ritu Nupt. th. 16. num. 5. nec adoptare arg. l. 15. & 16. ff. de Adopt. §.  
4. Instit. eodem. Wesenb. in w. ff. de Adopt. num. 4. ita neque unionem  
prolium facere possunt, cum & hic actus personas ad matrimo-  
nium contrahendum habiles requirat, (utpote qui à solis conju-  
gibus peragitur) Rick. cap. 4. num. 1. Excludimus itaque hinc cæli-  
bes, hi enim licet adoptare possint arg. l. 30. ff. de Adopt. Anton. Faber  
in rational. ibid. parificationem tamen liberorum instituere ne-  
queunt. Musc. d.l. lit. b. num. 33.

### THE S I S V.

Efficientem sequitur materia, quæ est vel Subjectiva  
vel Objectiva. Subjectiva s. *Subjectum* unionis sunt perso-  
næ, quæ exæquari possunt. Eæ autem sunt liberi (a.) ex  
diversis matrimonii vel jam utrinque suscepti (b.) item-  
que porrò suscipiendi (c.) vel ex una saltem parte in secun-  
dum matrimonium illati, ex altera in eodem sperati (d.)  
Objectiva s. *Objetum*, sunt bona ultrò citròq; communi-  
canda (e.)

(a.) Quæ vox in hac nostra materia non solum liberos primi

B 2

Materia.

A.

gradus,

gradus, videlicet filios & filias, sed etiam eos, qui ulterioris sunt, significat, quales sunt nepotes. l. 220. ff. de V. S. & §. 11. Inst. de Adopt. qui etiam filiorum appellatione veniunt d. l. 220. S. preter. de V. S. Musc. lit. p. num. 117. Quamvis igitur nepotum nulla expressè facta sit mentio, tamen liberorum voce comprehenduntur, sed ea lege, ut non in capita, sed jure repræsentationis in stirpes parētibus unientibus succedant. Plebst. d. Disp. 3. th. 90. Statut. Würtenb. part. 3. tit. 9. S. vnd iſſ hieben zu wissen. ibique Besold. num. 90. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 3. num. 12. 15. & seqq. Id quod etiam confirmat Ordin. Francon. part. 3. tit. 80. §. 3. Obach rc. Incidit hic quæstio, an parentes etiam liberis naturalibus unione prolium consulere possint? Distinguendum esse arbitramur, utrum mater vel pater liberos naturales, quibus prospicere velit, habeat, priori casu mater omnino facere poterit, sive naturales tantum habeat, sive naturales, & legitimos simul. Nam quoad matris successionem naturales à legitimis nil differunt. § novissimè Inst. ad SCT. Orphyt. l. 1. §. 2. ff. eod. l. 2. ff. unde cognati: Sed posteriori casu, quando sc. pater liberos habet naturales, subdistinguendum esse putamus, utrum ii sint soli, an verò simul extenti legitimi; Illo casu naturalibus per unionē prospicere potest, dummodo eorum expressè faciat mentionem. arg. Auth. licet. C. de natural. lib. Hoc verò casu, scil. extantibus etiam legitimis, in horum præjudicium naturales unire nequit. arg. l. 8. cum d. Auth. seqq. C. d.t. Musc. d. l. lit. p. n. III. & seqq.

B. (b.) Qui vocantur Comprivigni, zusammengebrachte Kinder/ inter hos enim, licet ex matrimonio subsequito nulli alii liberi communes nascantur, unionem nihilominus arbitramur esse validam, non obstante eo, quod Bocer. d. 1. Disp. 12. th. 15. ait: patrum unionis scil. habere in se tacitam conditionem, si liberi nascantur, quæ conditio, si nulli nascuntur, deficiat, atque ita ipsam quoq; unionem invalidam reddat: Est enim hoc *συτέμενο*. Siquidem unio prolium instituitur nō tam intuitu liberorum procreandorum, quam jamdum procreatorum. Conf. Francof. part. 3. tit. 10. S. 16. Würden auch zwey Ehegemächte Kinder zusammen bringen vnd allein zwischen denselben Einfindschafft auffrichten Ordin. Franconiae part. 3. tit. 119. § 1. & 6. verbis. Da auch gleich diese gemachte Eltern Vatter/ Mutter/ Anherm/ Außfrauen vnd dergleichen personen nichte rechte natürliche Kinder hetten / oder dieselbe vor den Eltern alle mit Todt abgiengen / so bleiben nichts destoweniger altem herkommen vnd Lande-

Landrechten nach diese angenomene vnd gemachte Kinder vnd Dichter derselben Eltern Kinder vnd Dichter erben auch gleich den rechten natürlichen Kindern ihre Verlassenschafft ausgeschlossen anderer Blutsfreunde ic. conferatur Rick. c. 4. n. 27. Besold. ad Landtr. part. 3. n. 89.

(c.) Nam etiam illi, qui nondum sunt suscepti, cum jam utrinque susceptis uniti possunt. Licet autem isti, qui post suscipiuntur, præmörtiantur & allatos in matrimonium tempore mortis unius conjugis relinquant solos, unio tamen nihilominus manet efficax, & liberi utrinque in matrimonium allati ad defuncti parentis hereditatem æquè debent admitti, ac si omnes ex uno matrimonio essent prognati, per dicta lit. præced. b. Unio enim semel confirmata per mortem quorundam non rescinditur. Rick. d.l. c. 7. n. 40. Plebst. d. l. th. 99. Recedit ab hac sententia Statutum Würtenb. part. 3. tit. 9. §. Wie dann in gemein.

(d.) Constit. Francof. part. 3. tit. 10. §. 2. demnach. vel quod ea pars demum primas nuptias contrahit, vel quod priores steriles habuit, vel liberi jamdum sunt præmortui. Si autem ea persona, quæ nullos liberos habet, nullos quoque ex isto matrimonio suscipit, unio nihilominus firma & valida est, & liberi alterius conjugis succedunt ei ab intestato, cui per unionem liberi sunt facti. C I. A. de Adopt. th. 69. ubi hanc opinionem habet pro communi, quam etiam confirmant Rick. d. l. cap. 7. num. 73. Valent. Forst. conf. 8. vol. 1. Consil. Marpurg. Musc. d. l. lit. p. num. 124. Dissentit Philip. Meist. Spec. Notar. lib. 2. part. 2. sect. 6. tit. 3. quæst. 4. p. 302. Bocerus d. l. th. 16. ubi allegat in suam sententiam præjudicium & Statutum Würtenb. part. 3. tit. 9. §. Wann nun dergleichen & th. 17. ubi statim subjicit. Etiam si conjuges unientes liberos communes suscepereint, illi autem superstite adhuc utroque conjuge iterum deceßerint, tamen unionis pactum extingui, nec ullum quoad liberos in congium ab uno conjugum allatos sortiti effectum. Verum hujus sententiæ veritas etiam ex iis, quæ duab. lit. præcedentibus dicta sunt, potest conjici, propterea in contrarium abit Constit. Francof. part. 3. tit. 10 §. 18. Vere es aber ic. nec non Ordinatio Franc. d. p. 3. tit. 119. §. 6. & tit. 80. §. 2. Da auch gleich andere Eheleibliche Kinder vorhanden weren so nehmen doch gleichwohl die angenommene Kinder ihrer gemachten Eltern erbgeschafft.

(e.) Ita ut mariti bona ipsius uxoris & è contra uxoris bona fiant mariti, atque adeò una & communis efficiatur malla, cu-

E.

B 3 jus

jus ratione quoad successionem liberorum fit parificatio, & omne  
discrimen inter liberos tam respectu patris, quam matris tollitur.  
Meichsn. tom. 4. decis. 6. num. 6. vot. 3. videatur supra th. 3. lit. d. confe-  
ratur etiam th. 9. ubi de Effectu.

### THEISIS VI.

Forma  
Substan-  
tialis.

Materiam excipit causa formalis, quæ consistit in so-  
lennitatibus actui unionis prolium adhibendis. Sunt au-  
tem eæ vel Substantiales vel Accidentales. Substantiales  
(a.) sunt Tutoris & Curatoris autoritas: (b.) Propinquorū  
præsentia & consensus: (c.) Exacta causæ cognitio.  
(d.) Magistratus confirmatio. (e.) Et denique publica  
insinuatio. (f.)

A. (a.) Substantiæ vocabulum quadrupliciter in jure nostro  
usurpatum legimus. 1. Significat rem ipsam ex suis causis con-  
stitutam per l. 9. §. 3. ff. ad Exhib. ibi. nam mutata formâ prope interimi-  
tur substantia rei. 2. Vim & effectum contractus, uti accipitur in l.  
3. pr. de O. & A. 3. ipsam naturam alicujus rei, prout sumitur in l. 1.  
fin. princ. & l. 9. §. 2. de contrah. empt. l. 14. ff. de V. S. 4. Denique pro  
forma essentiali alicujus actus, uti usurpatum legimus in l. 72. vers.  
quoniam. ff. de contrah. empt. & hoc posteriori modo etiam nos  
sumimus. Sunt itaque solennitates substantiales, quæ ad ipsius  
actus validitatem requiruntur, ita ut actus sine istis ipso jure sit  
nullus: Debita enim forma omessa totum actum vitiatur, quia paria  
sunt nulliter fieri aut non cum debita solennitate. l. 1. §. 1. & seq. ubi  
Dd. de V.O. l. quoties. ff. qui satisd. cog. l. ubi. in fine ff. de Edendo. l. 12. C. de  
Testam. Solennitates autem istæ requiruntur conjunctim, quapro-  
pter, si vel una earum omittitur, unio prolium non subsistit arg. l.  
4. C. de Adopt. Wehner. consil. Francon. 76. num. 2. & seqq. Bocer. d. Disp.  
12. th. 11. Gail 2. obs. 125. num. 7. in fine. Gylman. tom. 1. part. 3. vot. Camer.  
13. n. 12. & 15. Const. Francof. part. 3. tit. 10. § ult. quoties enim plura  
copulativè & conjunctim requiruntur, omnium complementum  
exigitur, nec sufficit alterutrum adfuisse. arg. l. 5. ff. de condit. instit. l.  
13. §. 2. ff. de Reb. dub. l. 129. de V.O ubi Dd. & solennitas tanquam for-  
ma est actus individuus l. furiosum C. qui testam. fac. poss. ubi Dd. Si  
tamen prolium parificatio minus solenniter fuerit facta, eam de  
jure Würtenb. in meliorem statum reduci posse ait Bocer. per Landr.  
part. 3.

part.3.tit.9. §. *Wann dann vor diesem d. Disp. 12. th. 22. Quid si liberi invicem uniti unionem istam, in qua non omnes sunt observatæ solennitates, sibi judicant utilem, & comprobant, utrum ea poterit ita conservari valida?* Affirmamus cum Bocero d.l. Ratio est, quoniam istæ solennitates in favorem liberorum uniendorum potissimum sunt introductæ, atque adeò in eorum commodum: quæ autem ita sunt introducta, præterquam quod iis licet renunciare, l. pen. C. de pac̄t. in alicujus damnum non debent extendi. l. 6. C. de Legib. & l. nulla. 25. ff. eod. l. 19. C. de fide instrument. c. quod ob gratiam. 61. de R. l. in 6. id quod sanè fieret, si liberi eo casu, quando unio ipsis est proficia, eam suo consensu non possent conservare validam, atque ita solennium omissionem sanare. Præfertim cum alias quoque actus consistat volente eo, in cuius favorem solennitas inducta, si ejus commodum certò appareret, etiamsi solennitas omissa fuerit. Bocer. d.l. l 6. §. 6. ubi Bart. ff. de transact. l. 2. ff. de acceptilat. l. 7. C. de contr. & commit. stipul. l. 11 ff. de R. N. Huc facit quod August. Morla in Emporio juris part.1. tit.1. in fine ait: Quod scil. Statutum disponens, non valere contractum à muliere factum sine præsentia propinquorum, debeat intelligi de contractibus mulieri damnosis, non etiam utilibus ex Bald. in l. 7. C. de contrah. & comm. stip. Iason. in l. 14. C. de procur.

(b.) Si liberi cooptandi sunt vel in tutoris vel Curatoris potestate constituti Gail. 2. obs. 125. num. 5. & 8. Wehner. Consil. Francon. 66. num. 1. Plebst. d. Disp. 3. th. 86. exemplo arrogationis per l. 8. ff. de Adopt. ubi gl. in verbo mutatum. Gilken de præscript. part.3. cap.3. n. 77. Harprecht. ad tit. Inst. de Adopt. §. ult. ubi tutorum & Curatorum præsentiam ad actum unionis adeò necessariam putat, ut ea ne quidem per judicem possit suppleri. Tutorum autem autoritas ideo intervenire debet, quia unio prolium talis est actus, quo pupilli conditione tam deterior, quam melior reddi potest, per princ. Inst. de autor. tut. §. pupillus 9. Inst. de inutil. stipul. l. 11. ff. de Aquir. Rer. dom. l. 16. C. de præd. minor. Consentit Statutum Würtenbergicum d. part 3. tit. 9. §. 1. ubi unionem prolium pro nulla & invalida habet, nisi tutoris & Curatoris autoritas præcesserit. Quando itaque liberi uniendi nullos tutores & Curatores habent, tunc de jure isto Würtenb. ii ipsis priùs specialiter sunt constituendi Plebst. d.l. & Harprecht. ad d. tit. Inst. §. ult. nu. 17. Ordinatio tamen Franconica d. part.3. tit. 109. Wie in Heyrathsbehaidigung ic. & tit. III. Von Einfindschafft so am Landt-

B.

Landgericht auffgerichtet werden. distinguit, & in unione prolium pactis dotalibus constituenda non requirit, ut liberis tutores specialiter constituantur, sed putat agnatorum & cognatorum, vel si eorum nulli extent, amicorum aut ad minimum duorum bonorum & honestorum virorum praesentiam sufficere. d. tit. 109 §. 1. (interdum tamen insuper unus vel duo ex senatoribus ejus loci adhibentur. d. l. § 6.) Sed in unione coram judicio provinciali constituenda vult, ut duo ex proximis cognatis à Magistratu tutores constituantur. d. tit. 111. §. 4. vel, si nulli existant cognati, ab ipsis parentibus duo honesti viri ad tutores constituendos elegantur. d. l. §. 3. si autem nec hi à parentibus in judicium possint adduci, absque tutorum constitutione Magistratus unionem prolium causâ tamen prius exactè cognitâ permittat & confirmet. d. l. §. 9.

C. (c.) Quemadmodum in adoptione arg. l. 2. C. de Adopt. l. 5. §. 1. ff. ex quib. cauf. in poss. l. 39. ff. de adopt. ubi gl. in verbis qui laederentur l. 6. C. de susp. tut. Plebst. d. l. Gail. d. l. Musc. lit. K. Treutl. disp. 2. tb. II. lit. i. idque ideo, ut parentes propinquorum praesidio stipati judicem edoceant, actum istum omni fuso, fraude & collusione carere. Per propinquos autem intelligimus hic agnatos & cognatos, non tamen eos solos adhiberi volumus, sed etiam omnes, quorum interesse hic versatur Dd. dd. ll. Statut. Wurtenb. d. l. Ordinat. Francon. d. l. quod enim omnes tangit ab omnibus adprobari debet. l. fin. C. de autor. præst. In defectu cognatorum etiam Affines, amici & alii honesti viri uniendis liberis spectata familiaritate conjuncti, & erga eos justa affectione animati ipsorumque uniendorum conditionis non ignari possunt adhiberi Vincent. Handed. consil. 32. vol. I. & Dd. dd. ll. per l. 2. princ ff. qui pet. tut. l. 58. §. 1. ff. de hered. instit. dispositum enim inter conjuctos ratione sanguinis locum quoque obtinet inter eos, quibus iura amicitiae honestis familiaritatis rationibus sunt quaesita, ut inquit Jason. in l. 12. num. 4. C. de Procurat. Imò conjunctio amicitiae sè pessimè sanguinis conjunctionem vincit. per l. 4. C. de Castr. pec. Sichard. in l generaliter. §. cum autem 12. C. de instit. & substit. Menoch. 3. præsumpt 124. n. 29.

D. (d.) dd. Dd. Meichsn. decis. Imper. tom. 4. decis. 6. num. 12. juxta exemplum adoptionis l. 15. & 17. ff. de Adopt. Causæ autem cognitionis secundum cuiusvis territorii & loci statuta intercedere debet. Gail. d. l. & 1. obs. 36. num. 6. ubi imprimis considerandum est, an parentes sanctissimâ affectione h. e. sincero paterno & materno affectu ad hunc

hunc actum ducantur, omni fraude dolo & malitiâ submota, & annon magis alienæ hereditati inhiare, quām inter liberos diversi matrimonii concordiam conservare & propagare studeant, arg. l. 17. ff. de adopt. l. 2. C. eod. §. cum autem. Inst. eod. quod licet non facile in parentibus præsumatur, cum ii liberis optimè prospexisse censemantur. l. 13. §. 1. ff de Administ. tut. i. pen. in fin. pr. ff. de bon. libert. l. 28. §. 2. ff. de liberat. leg. & plus filios, quam se ipsos, diligent l. 8. §. fin. ff. quod met. caus. l. pen C. de sponsal. Menoch. præsumt. 56. num. 4. & seq. tamen nonnunquam testatur experientia, quod vel propria malitiâ vel aliorum instinctu ad planè contrarium incitentur affectum, arg. l. 50. ff. ad SCtum. Treb. l. si superstite. 5. C. de dolo. illi præsertim, qui ad secundas nuptias accedunt arg. l. 22. vers. Servi etiam C. de Administ. tut. ideo æquitas omnino suadet & exigit, ut judices hac in parte cum parentibus concurrant arg. l. 19. ff. de R. Nupt. nec tutoribus vel curatoribus, qui nonnunquam sui tantummodo lucri causa Prætori adseverare solent, possessiones pupillorum necessariò esse distraherendas, nimium credant. Musc. d. l. lit. i. num. 8. & seqq. Præterea diligenter explorandæ sunt facultates utriusq; parentis & liberorum l. 17. §. & primum ff. de Adopt. ex quarum computatione & comparatione instituta poterit æstimari, an unio liberis sit futura proficua. Gail. d. l. n. 5. & anne pro bonorum quantitate & qualitate circumstantiarum ad evitandam inæqualitatem & præcavendas rixas liberis vel prioris vel posterioris matrimonii pro prudentis judicis arbitrio excipuum aliquod, (ein Vorauß) quod sine collationis onere retinere possint, Forst. conf. 36. in princ. part. 1. sit adsignandum. Statut. Würtenb. part. 3. tit. 9. §. Nach anleitung. Ordinat. Francon. d. part. 3. tit. 121. vom Vorauß auch wie vnd wo derselbig gemacht ic. Denique in causæ cognitionem veniat etiam ætas, numerus & valetudo liberorum. arg. l. 17. ff. de Adopt. Musc. d. lit. i. n. 90. Plebst. d. l. th. 88.

(e.) Gail. d. observ. 125. num. 7. VVehner. Consil. Francon. 66. n. 1. E.  
 Musc. d. l. lit. h. Gylman. tom. 1. part. 3. votor. Camer 13 num. 8. Besold. in thesauro pr. verbo Einkindschafft. Treutl. 1. Disput. 2. th. II. lit. g. arg l. 1. C. de Emancip. liber. l. 36. ff. de Adopt. l. 2. de off. Procons. l. 105. de R. I. Quamvis olim arrogationes non nisi ex rescripto Principis fieri poterant, §. 1. Inst. de Adopt. l. 6. C. eod. tamen in unione prolium hodie aliud obtinet, utpote quæ authoritate Magistratus ordinarii cuiusque loci expediri potest, quod tamen negat Gilken. de prescript. part. 3. c. 3. num. 81.

num. 81. & seqq. ubi principis autoritatem omnino requirit. Dum autem Magistratus confirmationem exigimus, eo ipso non hoc innuere volumus, quasi coram Principe haec unio fieri nequeat, licet enim Princeps non sit Magistratus (voce propriè accepta) cum differat à Magistratu tanquam causa ab effectu. siquidem Princeps si ve Imperator est is, qui Magistratum constituit & fons omnis jurisdictionis Thom. Michael. de superioritate territor. th. 19. tamen voce ea latius sumta eundem comprehendendi putamus. Insuper per vocabulum Magistratus simpliciter positum voluimus significare, non necesse esse, ut unionis actus instituatur coram Magistratu Ecclesiastico, sed sufficere, si fiat coram seculari, ipsa enim causa est secularis. Musc. d. l. lit. g. Quoniam contingere potest, ut personæ, à quibus exæquatio liberorum instituitur, vel ratione bonorum vel domicilii diversæ sint subjectæ jurisdictioni, non immerito queritur, quinam eo casu Magistratus requiri debeat? Rick. d. l. cap. 4. num. 33. putat, utriusque loci Magistratus autoritate & confirmatione opus esse, Musculus autem d. l. lit. h. alterutrius tantum autoritatem sufficere arbitratur, & cum unio prolium æquè ac Adoptio sit jurisdictionis voluntariæ, ideo eam ubivis expediri posse arg. l. 2. ff. de Off. procons. l. 36. § 1. ff. de Adopt. cui posteriori sententia tanquam veritati magis convenienti & nos ad stipulamur. Non sufficit autem ad confirmationem hujus actus nuda Magistratus voluntas, sed necesse est, ut insuper decretum interponatur. arg. §. 1. Inst. de Adopt. ibi imperatoris autoritate i. e. decreto: & l. 2. C. de præd. decur. l. 71. ff. de R. I. l. 6. C. de præd minor. sine decret. non alien. l. 5. §. 9 ff. de Reb. eornm, qui sunt sub tut. Musc. d. l. num. 83. & seqq. Rick. d. c. 6. n. 43. Constit. Francof. part. 3. tit. o. §. 6. Wann. verbis. durch Richterlich Decret zu confirmiren. Non tamen necesse est, ut unio coram judice pro tribunali sedente fiat arg. l. 36. ff. de Adopt. Bald. in l. penult. § in omnibus. C. de Reb cred. Rick. cap. 6. nu. 27. per not. ad e. cum Episcopus extr. de off. ordin. in G. Meichsn. decis. imper. tom. 4. n. 14. Imò etiam die feriato fieri potest. arg. l. 8. C de feriis.

F. (f) Per Dd. lit. præced. allegatos. Quia haec etiam ad adoptionem requiritur l. 4. & l. fin. C. de Adopt. §. 8. Inst. quib mod. jus pat. potest solv. verbis actis intervenientibus. l. pen. C. de Emancip. lib. l. 6. C. de præd. minor. Quæ enim coram judice, ut judice, expediuntur, ea in scripta & Archiva publica sunt referenda. c quoniam. extr. de probat. ubi CC. Nov. 15. princ l fin. C de Re jud. In hunc finem nonnullis in locis certi

certi & speciales libri ad hanc insinuationem sunt deputati teste  
*Musc. lit. L. num. 97. Treutl. d. l. lit. K. confer Reform. VVormat. tit. von*  
*der Einfindschafft. §. vnd alsa Constit. Francofurt. part. 3. tit. 10. §. 10. un-*  
*de, si postea forsan aliqua exoritur controversia, perspicere licet,*  
*quibus conditionibus & quomodo actus fuerit celebratus, dum*  
*modò reverà ita sit insinuatus, aliâs enim veritas magis, quam scri-*  
*ptura, venit attendenda. l. 17. C. de pâ. & l. 2. C de Emancipat. ne veri-*  
*tas rerum gestarum erroribus vitietur. l. 6. S. veritas. ff. de Off Präsid. l.*  
*29. S. 1. de probat. l. fin. §. fin C. de SS. Eccles. Musc. lit. l. n. 101.*

### THEISIS VII.

Accidentales (a.) solennitates sunt testium extraneo. Acciden-  
rum adhibitio (b.) inventarii confessio (c.) præcipui adsi-  
gnatio (d.) juramenti (e.) & Satisfactionis exactio. (f.)

(a.) Quæ scilicet præter actus prolium parificationis cor-  
ruptionem & interitum & adhiberi & omitti possunt, prout vide-  
re est, eas nonnullis in locis, ubi ista parificatio in viridi est obser-  
vantia, nonnunquam adhiberi, nonnunquam autem omitti, unio-  
ne tamen firma & valida manente.

(b.) Per testes extraneos hîc significatos volumus omnes  
alios præter tutores Curatores propinquos & eos, quorum inter-  
est, horum enim omnium præsentiam omnino requiri dictum fuit  
*th. præced. lit. b. & c.* Aliorum autem præsentiam & adhibitionem  
non putamus esse necessariam. Et quamvis unio prolium ferè na-  
turam & effectum testamenti inter conjuges reciproci habeat, at-  
que ideo testium adhibitionem desiderare videatur *arg. Nov. 33. § sed*  
*etsi. ibique gl. & Dd.* tamen verius est, eam, si propinqui & cæteri fue-  
rint præsentes, nullos planè prætereà requirere alios, quia instru-  
menta publica testium vicem supplent. *l. 15. C. de fide instrum. VVe-*  
*senb. in π. ff. eod num. 6.* imò ipsis testibus præponderant. *l. 10. ff. de*  
*prob. l. 22. ubi Bald. C. de Episc. & Cler. idq; exemplo donationis actis*  
*insinuandæ, in qua testimonium privatorum dicitur esse super-*  
*fluum, cum publica monumenta sufficient. l. 31. C. de donat. facit l.*  
*19. C. de testam. c. post cessionem 7. ubi CC. de probat.*

(c.) Quæ licet utilis & proficia esse possit, facultates enim  
parentum & liberorum è dilucidius & facilius exinde conspicere  
& comparari possunt, tamen absolute necessaria non est, teste  
*Musc. d. l. lit. n.* cum nec in adoptione desideretur, & Magistratui

de patrimonii viribus etiā aliunde constare possit. Besold. ad Landr. part. 3. num. 85. Hoc autem dupliciter limitatum volumus 1. Nisi speciale aliquod statutum aut consuetudo inventarii confessio- nem specialiter requirat, quemadmodum in Ducatu Würtenberg. eam requiri testatur Bocer. d. Disp. 12. th. 5. Plebst. d. Disput. 3. th. 89. per Statutum d. part. 3. tit. 9. §. Damit auch in gerichtlicher erkundinß. 2. Nisi iudex urgentissimas habeat causas, propter quas ipsi ea inven- tarii confessio videatur necessaria; Hisce enim casibus parentes ad eam exhibendam cogi posse, recte adserit Musc. d. l. lit. n. arg. l. pen: ff. de interrogat. act. l. 9. §. 3. ff. de jure dot. & l. 5. §. II. ibi jubere debet edi ra- tiones itemque synopsin bonorum. ff. de Rebus eor.

D. (d.) Nec enim hæc in unaquaque unionis prolium consti- tutione debet intercedere, sed tum demum, quando inter faculta- tes parentum & liberorum nimia (parva enim sub consideratio- nem non venit per Constit. Mogunt. §. Wo sich dann ein mercfliche ic.) est inæqualitas Bocer. d. l. th. 6. ubi allegat Statut. Würtenber. d. l. §. nach Anleitung. Plebst. d. l. th. 88. Dissentit Philip. Meist. in Spec. Nota- riat. lib. 2. part. 2. sect. 6. tit. 3. quest. 3. ubi hanc præcipui adsignatio- nem refert inter solennitates substantiales, verùm recte ideo repre- henditur à Musc. d. l. lit. n. 64.

E. (e.) Scil. personarum ad constitutionem unionis prolium adhibendarum tutorum Curatorum & propinquorum, qui jurare solent, se credere istam liberorum parificationem fore liberis pro- ficiam. Nonnunquam enim hæ personæ etiam nullo interve- niente juramento à judice admitti possunt. Musc. d. l. lit. k. num. 94. Dissentit iterum Philip. Meist. d. l. q. 3. cum quo facit Rick. d. l. c. 6. num. 17. Limitamus tamen nostram priorem assertionem, nisi gra- ves adhinc causæ, ob quas juramentum illud exigi debeat, arg. l. 31. ff. de jurejur. vel statutum loci id specialiter requirat, ut est in Refor- mat. Iuliac. tit. wie die beredung der Einkindschafft soll auferichtet wer- den & Wormat. tit. von Einkindschafft §. Zum dritten. Freiburg. part. 3. tit. 4. §. Wann aber nicht. Musc. d. l. quibus adjungi debet Ordinat. Francon. d. l. tit. III. von Einkindschäften so am Landgericht außge- richtet werden. §. 5. ibi. Welche dann unserm Landrichter an Andstätt sollen angeloben daß sie den Kindern in dieser Handlung trewlich wol- len vorstehen oder beystand thun / vnd nichts anders darinnen handlen oder ratthen / dann was sie ihren gethanen pflichten nach erachten/glaub- ben vnd gänglich darfür halten / daß den Kindern entweder zu der er- theyding.

heydingten Einkindschafft oder auch der abtheilung am nühesten vnd besten seyn.

(f.) Fictitiorum scil. parentum, quæ h̄ic non eodem modo, quo in arrogationibus, exigi solet, ut scil. pater caveat, se restitutūrum esse bona, si liberi ante pubertatem moriantur. §.3. Inst. de Adopt. l.17. §. ult. l. 18. 19. 20. pr. l. 22. pr. ff. d. t. & l. 2. C. eod. C. I. A. de Adopt. th. 18 sed qua parentes unientes saltem cavent, se bona non dilapidaturos. Itā autem satisfatione eos non facilē debere onerari, suadet Musc. d. l. lit. I. num. 92. nisi justa ad sit causa, propter quam Magistratus eandem exigat, quo casu ad ejus præstationem parentes cogere potest. Musc. d. l. Rick. cap. 9. n. 45. Bocer. d. Disp. 12. th. 10. qui satisfationem omitti posse concedit, nisi consuetudine vel statuto aliud inveniatur constitutum.

### THEISIS VIII.

Tractationem causæ formalis sequitur tractatio cau- Finis,  
ſæ finalis unionis prolium constituendæ, quam facimus  
duplicem, Principalem (a.) quæ est salus Reipublicæ (b.)  
& minus principalem, (c.) quæ successionis æqualitas. (d.)

(a.) Quæ est ista, ad quam omnia reliqua tanquam media dirigi & ordinari debent, ipsa vero nusquam aliò.

(b.) Quam supremam legem esse oportet, ut Cic. 2. de Legibus inquit, h.e.ut Wesenb. in ὁ ff. de Legib. num. 9. vers. fin. explicat: legem ἀεχτεντονικὴν, quò omnes reliquæ leges, consuetudines & statuta tanquam ad scopum collimare & referri, ac pro ejus usu ferri, rogari & abrogari debent. arg. c. non debet. penult. ubi Panormit. num. 3. extr. de consang. & affin. c. erit. distinc. 4. Cùm autem illa Reipublicæ salus mutua conjugum & liberorum concordia & fide, tanquam firmissimo aliquo fundamento, sit suffulta, ejus conglutinandæ & conservandæ ergo hæc liberorum exæquatio est recepta & in summo Cameræ Imperialis judicio confirmata. Eundem finem agnoscit quoque Statutum Wurtenb. d. part. 3. tit. 9. §. Nach anleitung. & Francfurt. p. 3. tit. 10. §. 8. verbis: Dann einmahl die Einkindschafften nicht den reichen vnd wohhabenden Eheleuten vnd deren Kindern/sondern fürneinbllich den Gemeinsleuten vnd Handwerckern/ deren vermögen gering/ zu gutem angesehen worden vnd aufzukommen/ damit sie desto friedlicher vnd einiger beysammen leben vnd ihre gemeine Kinder desto williger vnd leichter mit einander außerziehen mögen. Sic

A.

B.

teste

C 3

teste Philip. Meist. Spec. Notar. lib. 2. part. 2. sect. 6. tit. 3. von Einkindschaff-  
 ten Instrum. 3. unionis prolium instrumentis inseri solet. Zu mehrer  
 fortpflanzung Ehelicher Lieb vnd zu verhütung vbernächtlicher Spänn  
 vnd Früungen. 2c.

C. (c.) Quæ tanquam instrumentum aliquod in finem illum  
 extremum dirigitur.

D. (d.) Quæ mater est concordiæ, secundum tritum illud : τὸ  
 ισον πόλεμον & ποιεῖ, sicuti è contrario inæqualitas seminarium est  
 discordiæ, quam ex Repub. tollere, aut saltem minuere præcipuum  
 Magistratus est officium l. 21. ff. de Reb. cred. Imprimis autem inter  
 conjuges & liberos discordiæ occasio est amputanda & præcaven-  
 da, nulla enim alia existit acrior & acerbior. Arist. 7. Polit. 7. Hæc  
 verò successionis æqualitas inter liberos iis demùm casibus ser-  
 vanda intelligitur, quando bona utrinque fuerint æqualia & à  
 parentibus nullum fuerit factum testamentum. confer. th. seq. lit. a.  
 in fine.

### THE S I S. IX.

Hactenus de unione prolium ut *constituenda*, nunc re-  
 stat, ut etiam de ea agamus ut jam *constitutâ*, ubi confide-  
 randi veniunt *Effectus*, *Contraria* & denique *Affinia*. Inter  
*Effectus* unionis præcipuos *aliis* respicit personas unientes,  
 videlicet *acquisitio patriæ potestatis*. (a.) *Alii* respiciunt per-  
 sonas unitas, veluti *acquisitio juris filiationis* (b.) & paternæ  
 dignitatis. (c.) *Alii* denique res, ut Bonorum communi-  
 catio (d.) & *jus successionis*: (e.) Horum denique adjun-  
 ctum est tutelæ finitio (f.)

A. (a.) *Quemadmodum adoptio* (olim omnis, hodiè quæ-  
 dam) patri adoptivo in filium adoptivum *jus patriæ potestatis* tri-  
 buit, per l. 1. ff. de Adopt. pr. Inst. eod. l. 5. ff. de his qui sui vel al. jur. C. I. A.  
 de Adopt. th. 28. ita etiam hæc nostra prolium parificatio idem *jus*  
*ALICUBI* tribuit vitrico in privignos & privignas, ut notanter di-  
 cit. Dn. D. Tabor in d. bened. 5. num. 1. Bocer. cl. 1. Disput. 12. th. 13. per §. sed  
 hodie. Inst. de Adopt. & l. pen. C. eod. ut videre licet ex Ordinat. Fran-  
 con. d. part. 3. tit. 118. von Effect vnd Würfung der Einkindschafft-  
 machung §. 2. verbis. Und erstlichen werden die gemachte Eltern vnd  
 Kinder vermittelst solcher Einkindschafft dermassen einander verwandt  
 vnd

vnd vereiniget das detselbige gemachte Vatter oder Mutter dese Kinder gleich ihren rechten natürlichen Kindern in ihren gewalt Zucht vnd Gehorsam bekommet: dagegen seind die Kinder solche Eltern zu gehorsamen vnd gegen ihnen gleich als weren sie ihre rechte natürliche Eltern/ sich zu erzeigen schuldig. Reformat. Reip. Francof. par. 3. tit. 10. § 11. ibi. auch vermöge derselben die beyder Ehen Kinder vor gleiche vnd rechte Kinder geachtet werden. Quod tamen intra modum à statuto aut consuetudine definitum est accipiendum, quæ aliquandò jus istud ad eò coërcent, ut patriæ potestatis effectus plures amittat. Hinc alii comparationem istam plane non admittunt. Treutl. 1. disput. 2. th. II. Renneman. de jure person. Disp. 9. th. 26. d. Alii ut Musc. d. l. lit. b. num. 22. & Rick. c. 8. nu. 1. parentibus illis fictitiis in liberos fictitios aliquam intermediate potestatem inter patriam & tutelarem attribuunt. Consistit autem illud patriæ potestatis jus ratione patris in pietate & affectione paterna erga liberos l. 5. ff. ad L. Pomp. de parricid. ( olim etiam in jure vitae & necis l. ult. C. de pat. pot. ) item in præstatione alimentorum. l. pen. C. d. t. Ordin. Francon. d. tit. 118. §. 4. Hingegen seind die Eltern solche Kinder / wie ihre leibliche Kinder zu erziehen vnd zu unterhalten schuldig. Ratione liberorum vero in reverentia & obsequio parentibus debiti præstatione. l. 4. & 5. C. de pat. pot. ut & in jure parentibus acquirendi ; Quicquid enim liberi in patria potestate constituti acquirent, id omne patri suo acquirunt. per l. 70. de A. vel Om. hered. princ. & §. 1. Instit. per quas person. cuique acquir. exceptis iis, quæ non acquiruntur, ut loquitur. l. 2. C. de pat. pot. id est, quæ specialiter sunt excepta, sunt autem ea peculum castrense & quasi castrense item adventitium ( scilicet quoad proprietatem d. §. 1. Instit. per quas person. cuique acquir. ) siquidem hujus ususfructus saltem patri fictitio, ad instar parentis naturalis & legitimi, in recompensationem alimentorum acquiritur. argum. l. 6. C. de bon. quæ lib. non quidem ut olim ad tempus vitae, sed usque ad ingressum matrimonii ( quia hoc hodiè fere ubivis (non solum in Germania sed etiam in Gallia & Hispania teste Gilken. de prescript. part. 3. cap. 3. num. 32. ) patriam potestatem dissolvit Sichard. ad rubr. Cod. qui admitt. in bon. poss. nu. 7. Schneiderv. ad tit. Instit. quib. mod. jus pat. pot. solv. & tit. de donat Vult. ad Instit. de pat. pot. jus Saxon. lib. 1. artic. 11. & 13. Nov. Elect August. 10. part. 2. ubi Moller ) Musc. lit. b. num. 25. aut bonorum divisionem, aut aliquo jus honestæ negotiationis institutionem Ordinat. Francon. d. tit. 118.

§. 5. Würd

§.5. Würde aber. juncto §. 6. Aber sur zeit. videatur etiam *Constit.*  
*Francof.* part.3. tit.10. §.13. Geschehe es auch ic. Si vero una cum pro-  
prietate etiam ususfructus liberis expressè fuerit reservatus, pa-  
rentes illi fictitii planè nihil juris in bona illa consequuntur, *conf.*  
*C.I. Arg. th.38. de Adopt. Ordin. Francon.d.tit.* §.7. vff den fall aber mit  
dem eigenthumb auch der Ususfructus in specie vnd aufdrücklich den  
Kindern obgesetzter massen verschaffet oder vermachte würde / so haben  
die Eltern auch der niessung halben nichts an demselben gut. Po-  
testas autem reservandi usumfructum personis ascendentibus non  
simpliciter & absolutè eo jure conceditur, per verba seq. Jedoch  
sollen die Anherrn/ Anfrauen vnd andere ascendentes, die ihre Kinder  
als ihre Noth Erben ihrer Legitimæ des zweittheils noch nit vergnüget  
jetzt gehörte vermachtniss gegen ihren Dichtern anderst nicht / dann auf  
erheblichen vrsachen vnd auff erkandniß unsers Landgerichts zu thun  
macht haben. Cūm itaque liberi uniti eorumque bona adsciti-  
tiorum parentum potestati in quibusdam locis subjiciantur, exin-  
de colligere licet , liberos ita unitos nulla omnino testamenta  
condere princ. *Instit. quib. non est permis. fac. testam.* nec sine paren-  
tum consensu matrimonia contrahere, princ. *Instit. de Nupt.* nec  
denique sine patris autoritate in judicio experiri posse. l. 8. princ.  
vers. necessitate. *C. de bon. quæ liberis.* Occasione præcedentium hīc  
quæritur. An per constitutionem unionis prolium ipsis etiam parentibus  
testandi facultas sit præcisa? Negativam sententiam cum Dn Bocero  
d. Disp. 12. th.20. & Plebst. d. disp. ad jus VVurtenb. 3. th.96. suscipiemus  
defendendam : Libera enim testandi facultas, quæ in cuiusvis re-  
sideret arbitrio per l.1. *C. de SS. Eccles.* l.4. & s. ff. de adimend. legat. pa-  
cto obstringi & obligari nequit. *Mynsing. Responf.* 49. num. 15. & seq.  
decad. 5. Imò ne quidem juramento interveniente tolli potest, ta-  
le enim juramentum, utpote contra bonos mores præstitum, non  
est obligatorium. c. non est de R. I. in 6. l. 5. *C. de Legib.* Et quidni  
permisum sit parentibus ita cooptantibus testamentum facere,  
cum tamen adoptivis etiam parentibus id liceat. *argum. §. adoptivi*  
*liberi. Instit. de Exhered lib.* Consentit nobiscum. *Fichard. consil.* 74.  
num.7 & seqq. vol.1. & consil. 89. num.1. & seqq. vol.2. Cum itaque  
parentibus concedamus facultatem testandi non possumus non  
simul ipsis concedere licentiam uni ex liberis unitis aliquid præ-  
legandi, dummodo illud prælegatum cæteris legitimam relinquit  
salvam. *Fichard. d. l. confer. Besold. decad.3. consil. 9.*

(d.) Bona

(b.) Quod, sicut in adoptione, ita etiam in prolium parificatione patriam potestatem subsequitur, cum parificatio hæc adoptionis æmula & imitatrix sit. Consistit autem illud filiationis jus in eo, ut parentes per unionem facti liberos fictitious privignos scil. & privignas pro suis legitimis & naturalibus liberis habeant & vice versa liberi parentes. vide Ordin. Francon. d. l. tit. 108. §. 1. & tit. 118 §. 1. Meichsn. tom. 4. decis. 6. n. 32. conf. th. 2. lit. f. & l. 5. C. de Adopt.

B.

(c.) Sicuti in adoptione filius adoptivus acquirit dignitatem patris adoptivi, per l. 13 ff. de Adopt. ita etiam filius unitus parentis sui unientis dignitatem consequitur, quam retinet donec ista unio finiatur. arg. d l. 13. Boc. d. class. I. D. 12. th. 14.

C

(d.) Bona enim, quæ liberis prioris matrimonii ex successione paterna vel materna jam fuere acquisita (quæ dicuntur bona affecta, verfangene gütter Besold. ad Landr. part. 3 n. 73.) vi unionis prolium institutæ veniunt conferenda, communicanda & denique unione iterum dissolutâ una cum aliis bonis, quæ ipsi parentes habent, & equaliter dividenda, exceptis iis, quæ vel expressa pactione, vel ipso jure ab onere conferendi sunt exempla, & quæ liberi isti haberent præcipua, si unio facta non esset, inter quæ etiam sunt feuda. in hæc enim liberi uniti succedere non possunt, quia nec adoptivi in ea succedunt, per text. 2. Feud. 26. §. Adoptivus. Dn. Vng. ep. Disp. Feud. 7. th. 26. Quod tamen Harpr. ad §. fin. Inst. de Adopt. ita limitat, nisi diversum vel investituræ literis exprimitur sit comprehensum, vel loci cōsuetudine aut statuto aliud introductum, vel Principi's autoritate & consentiente feudi Domino unio ita sit facta, ut nullis existentibus proximioribus agnatis liberi uniti quoque in feudum succedant. arg. l. 23. ff. de aqua & aquæ pluv. arc. Alvarot. ad d §. Adopt. 2 Feud. 26. Vult. 1. de Feud. c 9. n. 90. Bona autem prædicta per hanc prolium unionem ita cōmunicantur, ut etiam liberis, quibus antè acquisita fuerunt, jam ipsa assimilatur proprietas, veniunt enim in eam conditio nem, ac si utrinque naturales parentes adhuc in vivis essent. Besold. ad Landr. part. 3 d n. 73. Habent itaque parentes potestatem ea alienandi Musc. lit. r. num. 139 arg. l. 2. C. de patr. qui fil. Consentit Ordinatio Francon. d. part. 3. tit. 118 §. 3. Zum andern so werden alle die Haab vnd Gütter so die Kinder jezo haben oder künftiglichen/ da sie noch bei ihren Eltern vnaßgetheilet weren/ ererben/ bekommen vnd erlangen möchten/ der Eltern eigen/ haben auch mit solchen/ wie mit andern ihren eigenen Güttern zu gebahren/ zu thun vnd zu lassen ic. conf. Constit. Francof. part. 3. tit. 10. §. 11. Ob nun wol. & §. seq.

D.

D

(e.) Paren-

E. (e.) Parentes sc. unientes succedunt liberis unitis durante unionis nexu ab intestato Ord. Francon. d. §. 3. & vice versa liberi uniti parentibus succedunt unientibus Constit. Francof. p. 3. tit. 10. §. 15. & d. Ordin. Francon. p. 3. tit. 80. §. 1. Nam ad solas hasce personas & bona paterna & materna unio est restricta. Dn. D. Tabor. in bened. Syllog. I. bened. 5. nu. 4. & 6. Sicut etiam prædicta Franc. Ordinatio. d. part. 3. tit. III. §. 1. expresse constituit, hisce verbis: Sintemahl dann diejenige freundschaft welche durch pacten vnd vergleich zwischen den Eltern Kindern vnd andern zu vorgemelten Personen gethaidigt wird sich billich auch ferners nicht / dann vff die in die obligation vnd verbiündniß brachte Personen erstrecken soll: Als wollen wir / daß solches pactum unionis prolium der Einkindschafften andere Personen nicht obligiren binden / oder betreffen / noch sich weiter erstrecken solle oder möge dann auff diejenige / zwischen welchen die Einkindschafft gemacht vnd aufgerichtet worden / Nemlich auff Vatter Mutter vnd die unirte Kinder / die sie zusammen bringen / mit einander albereit erzeugt oder hinsürter erzeugen werden. addatur Constit. Frankfurt. part. 3. tit. 10. §. 21. Liberi itaque uniti non succedunt vitrici sui patri s. avo fictio per l. 26. ff. de Adopt. Dn. D. Tabor. d. num. 4. Besold. in delib. ex I. Pand. lib. q. 34. nisi pater vitrici eosdem liberos tanquam nepotes adoptaverit. Ordin. Francon. d. l. §. 5. & tit. 80. von Erbschafften derjenigen so durch vffrichtung Einkindschafft zu Kindern angenommen seind. §. 7. & 8. (id quod nō præsumitur fecisse, si saltem in unionem consensit, sed ipsius expressus & specialis consensus in hanc successionē requiritur. d. tit. 119. §. 5. juncto d. tit. 80. §. 5. Alldieweil) vel nepotes isti fictitii adhuc bona indivisa & communia cum avi fictitii veris nepotibus habeant. Ordin. Franc. d. tit. 80. §. 6. wo aber. Nec frater unitus vi unionis succedit fratri unito. Musc. d. l. lit. b. Rick. cap. 6. n. 45. & seqq. Ordin. Mogunt. §. Gemachte Kinder vermög der Einkindschafft sollen untereinander nicht erben. nisi expressè fuerit conventum, ut etiam dissoluto matrimonio per alterutrum conjugis vel amborum mortem mutua quoq; successio sit inter ipsos liberos. Statu. Mogunt. d. l. Plebst. d. Disp. 3. th 97. De jure Franconico tamen liberi uniti invicem quoque succedunt, si adhuc bona indivisa habent. Ordin. Franc. d. part. 3. tit. 119. §. 13. Denique nec vitricus aut noverca privignis, nec privigni vitrico aut novercæ alterutro parente mortuo, atque ita unione dissoluta succedere possunt, morte enim unius conjugis protinus expirat unio. Harp. ad. § 12. Instit. de Adopt. n. 30. Dn. D. Tabor. d. l. num. 4. Meiehsn. tom. 4. decis. Imp. 6. n. 3.

D. (f.) Quo-

(f.) Quoniam liberi uniti transeunt in potestatem patris unientis, per dicta sub lit. a. hâc th. facile inde colligere licet, per unionem factam induci modum finiendi tutelam & curam, si scil. liberi isti sub tutorum vel curatorum potestate sint constituti. arg. S. i. Inst. Quib. mod. tut. fin. juncto pr. Inst. de tutel. Consentit Ordinat. Francon. d. part. 3. tit. 11. §. 8. Zum dritten. De hoc jure tamen tutores vel Curatores non omnimodò liberantur, ipsis enim adhuc incumbit, ut, si liberorum unitorum parentes bona sua dilapident, id loci Magistratui indicent, quod ejusmodi liberis tempestivè prospiciatur, quod si facere intermittunt, pœnis in tutores & Curatores negligentes constitutis afficiantur. d. l. tit. 117. das zum fall vbelhaßens der gleichgemachten Kinder Freunde vnd Vormünder der gemachten Eltern zuwesen an die Obrigkeit bringen sollen. per tot.

## THE S I S X.

*Contraria* unionis prolium sunt nimia (a.) liberorum unitorum læsio: (b.) Bonorum divisio; (c.) Revocatio, (d.) & denique personarum unientium (e.) aut unitarum obitus (f.)

(a.) Quâ præter bona ex priore matrimonio acquisita ipsis quoque legitima, quæ de jure naturæ l. 36. §. 2. C de ineff. test. & Nov. 1. in fin. princ. & ex pietate debetur l. 8. C. d. t. est deminuta. Cum enim alias omne immoderatum ad æquiorem calculum & proportionem justiorem jubeatur redigi. l. 39. ff. pro socio. l. 3. C. comm. utr. iudicij. non immeritò etiam hæc enormissima in unione facta læsio reduci debet, neque enim bonæ fidei convenit, ei pacto stari (verbæ sunt Besoldi ad Landr. part. 3. n. 92. referentis ea ex Gomez. tom. 21. cap. 14. n. 11. vers. Si vero contractus) quod alteri est captiosum. Hanc itaque ob causam unionis rescissionem concedit Statutum Württenb. d. l. §. Gestalt dann Besold. d. l. Parva autem læsio hîc non attenditur. Rick. c. 6. n. 13. quemadmodum nec ea, quæ propter incertitudinis & dubii eventus rationem evenit, quotiescumque enim alicui ex conventione potest deferri commodum aut incommodum secundum incertum fortunæ eventum, nemo lædi dicitur. Gilken. part. 3. cap. 3. n. 66. per l. II. C. de transact. ubi gl. Cyn. in princ. & Bart. Nam nec æstimatori & allegari potest arg. l. 75. §. 4. de V. O. l. si ea lege C. de usur. Musc. d. l. lit. r. nu. 142. Insuper multa incertitudinis & dubii eventus ratione conceduntur, quæ alias non permetterentur. Rick. d. l. Gail. 2.

*Contraria.*

A.

D 2

obs. 126.

obf. 126. num. 5. per text. int. si ex pactione. C. de usur. gl. ibid. in verbo. conducta. & l. oleo. C. eod.

B. (b.) Quæ vel justo ex errore, vel dolo tempore factæ unionis, non autem post, commisso intercessit. Rick. cap. 10. n. 5. hoc enim casu liberis minoribus contra unionem institutam meritò restitutioonis datur remedium, utpote quod & adversus venditionem, donationem, divisionem & alios actus damnosos iisdem conceditur Fichard. vol. 2. consil. 37. num. 3. quoniam hoc casu verus consensus deest. arg. l. 116. de R. jur. & l. 15. ff. de jurisd. facit. l. 9 §. 1. de Transact. l. 5. C. de dolo. l. 36. de V. O.

C. (c.) Ordinat. Francon. d. tit. 119 §. 12. vir sc̄en/juncto tit. 80. §. 4. Mann aber eadem part. 3. Quoniam autem bonorum divisio nostris hodiernis moribus, sicuti etiam de jure Saxon. testante wesenb. in &. ff. de Adopt. n. 7. est modus, quo Emancipatio peragitur, ideo quemadmodum patri adoptivo non licet pro lubitu filium per arrogationem adoptatum impuberem emancipare, ita nec patri unienti indistinctè licebit filios impuberes unitos per divisionem è sua potestate iterum dimittere, sed eadem forsitan distinctio erit & hic adhibenda, quam Imperator posuit in §. 3. Inst. de Adopt. ut scil. pārens, qui justam habet causam (cujus cognitio erit instituenda d. §. 3.) liberos unitos è sua potestate dimittendi per divisionem, iis bona acquisita & ad ipsum adducta restituat, qui vero nullam justam potest allegare causam, præter bona acquisita & adducta quartam insuper suorum honorū, quæ pater cooptans tempore mortis habet, iis relinquat. C. I. Arg. th. 52. de Adopt. Suprà dicta tamen Franconiaæ Ordinatio non indistinctè concedit unionem prolium per divisionem bonorum tolli & dissolvi, sed inter patrem quidem & unitos liberos divisione facta unionem statim expirare adserit, non vero inter ipsos liberos, quando scilicet ipsorum bona adhuc manent indivisa, hoc enim casu eos adhuc invicem succedere, & omnia bona post divisionem acquisita in commune conferre. d. tit. 119. §. 12. & 13. juncto tit. 80. §. 6. Si vero inter ipsos quoque liberos unitos bona fuerint divisa, tunc unio plane expirat & extinguitur. d. tit. 119. §. 14. verbis: Were aber eine endliche vergleichung aller Güter vnd grundheilung zwischen diesen gleichgemachten Kindern beschehenz alsdann ist das band der Einigkeit schafft zwischen ihnen auch auflöset vnd allerdings erloschen / tott vnd ab / hat auch keines an des andern Erbrecht nichts zugewarren. Eadem Franconiaæ ordinatio etiam

tio etiam in eo à jure communi Adoptionis, cui alias in multis unionem vidimus & equiparatam, videtur recedere, dum liberis unitis divisione bonorum emancipandis à parentibus legitimam (quæ de eo jure omnium bonorum bestem sive, ut vocant, duas tertias, zween Dritte theil continet d. p. 3. tit. 29.) absolutè nulla mentione bonorum à parentibus jam acquisitorum facta, vult præstari. d. tit. 119. §. 12. & tit. 80 §. 6.

(d.) Quamvis unio prolium semel ritè & solenniter facta non revocari posse videatur arg. l. 5. C. de O. & A. & l. 5. C. de Rest. Vend. Musc. d. l. lit. R. Statut. Würtenberg. part. 3. tit. 9. S. Hierauß gebieten. sed, si obscura est, saltem declarari adhibitis unionis requisitis. d. l. §. Wo dann vor diesem Bocer. d. Disp. 12. th. 22. tamen si utriusque partis consensus accedit, id fieri posse, nulli dubitamus; Nihil enim tam naturale est, quam eo genere quidquid dissolvi, quo colligatum est. l. 35. de R. I. juncta l. 100. & l. 153. ff eod. Quinimò etiam à solis parétribus ob insignem ingratitudinem à liberis unitis in ipsos commissam eam revocari posse ait Bocer. d. Disp. 12. th. 24. arg. l. 1. l. 7. l. 9. & ult. C. de Revocand. donat. Nov. 115. c. 3. & 4. Rick. cap. 10. n. 40. & seq. Meichsn. decis. Cam. Imp. lib. I. decis. 8. n. 11. & seqq. imprimis, si coram eodem Magistratu, coram quo instituta est, revocatio fiat. Meichsn. d. l. n. 14. Idque vel inter vivos, facta emancipatione per divisionem bonorum, de qua tit. præced. dictum, vel ultima voluntate, quibus tamen casibus liberis unitis sua bona ad parentem allata censemus esse restituenda Meichsn. d. l. n. 16. confer ea, quæ notat Dn. Locam. ad S. 3. Inst. de Adopt. Causæ autem revocationis eadem sunt, quæ exhe- redationis, & ob quas donatio revocari potest Meichsn. d. l.

(e.) Ambarum. arg. princ. Inst. quib. mod. jus pat. por. solv aut unius ex parentibus. Meichsn. tom. 4. decis. 6. n. 1. Dn. D Tabor d bened 5. n. 4. Harpr ad S. 12. Inst. de Adopt. facit. Nov. 22. c. 20.

(f.) Ordinat. Francon. d. part. 3. tit. 119. §. 15 verbis. Lettlich werden die Einkindschaffien durch den zeitlichen natürlichen tod der verglichenen Kinder zerschlagen vnd außgelöst. Dann wann die Kinder alle von ihren Eltern todts verfahren / so hat die Einkindschaft keine Wirkung zwischen den Eltern vnd dero Güter.

#### THESES XI.

Restant denuo Affinia unionis prolium recensenda, quæ sunt Adoptio: (a.) Pactum mutuae successionis,

D 3 (b.) Con-

Affinia.

(b.) Confraternitatis : (c.) Testamentum reciprocum :  
(d.) Societas (e.)

- A. (a.) Quæ in quibus conveniat cum unione prolium facilè ex thesibus præcedentibus perspicere licet, ubi passim est indicatum. Affinitatem autem illam & conformitatem inter utramque potissimum ad similitudinem constitutionis pertinere, non autem ad omnes effectus produci debere refert Ampl. Dn. D. Tabor. d. bened. §. n. 5. & 6. Qui plura scire desiderat, in quibus invicem convenient & differunt, videat Rick. c. 9. per tot. & Musc. d. l. lit. b.
- B. (b.) Quæ, licet de jure Civili à nonnullis Doctoribus habeantur pro invalidis arg. l. 5. C. de pact. convent. l. 34. C. de transact. l. 4. C. de inutil. stip. l. 61. ff de V. O. l. 19. C. de pact. ideo, quod auferant liberam testandi facultatem l. 15. C. de pact. conv. contra l. 1. C. de SS. Eccles. & quod inducant votum captandæ mortis arg. l. 11. C. de transact. tamen lege & consuetudine induci & confirmari posse, testantur Dd. & experientia. Sic in Franconia ea confirmata esse perspicere licet ex Ordin. Franc. p. 3. tit. 120. von Condonationen oder gegeneinander verschaffung der Güter zwischen Eheleuten vnd andern Personen. conferatur Treutl. I. Disp. 6. th. 8. lit. b. ibique Bachov. facit huc Nov. Leonis 19. ubi tale pactum probatum legimus.
- C. (c.) Germanis Erbverbrüderung Brüderschafft / à fraterna conjunctione animorū & communione bonorū ita dictum, quo inter quasdam illustres Germaniæ familias (veluti inter Saxoniam, Hassiacā, Brandenburgensem, ut & olim inter Hennebergensem & Saxoniam) convenit, ut altera stirpe extincta ad alteram ditiones illius & bona perveniant, de quo prolixius tractat Collegium publ. Præside Viro Magnifico Nob. & Ampl. Dn. Doctore Iusto Sinolt. cogn. Schünken. Acad. Marp. Vice Cancellario. Præceptore ac Patrone meo colendissimo, habitum de Statu Rei Rom. Disp. 6. th. 29. conferatur Gail. 2. obs. 127.
- D. (d.) Inter conjuges, quod validum esse, refutatis negantium argumentis, firmissimis rationibus demonstrat, Dn. D. Tabor. Syllog. I. benedicto. 8. per tot. conf. Gail. 2. obs. 126. n. 3. (ubi plures allegat Dd.) Ord. Franc. d. part. 3. tit. 120.
- E. (e.) Meichsn. tom. 4. decis. Cam. Imp. 6. n. 32. Convenit enim unio prolium cum societate tam ratione effectus, (quemadmodum enim inter socios bonorum bona communicantur C. I. Arg. tit. pro socio. th. 9. nu. 7. Wesenb. ibid. num. 8. Ita idem inter personas unien-

unientes & unitas fieri dictum est th. 9. lit. c.) quam contrariorum,  
quæ sicut in unione sunt dolus & nimia inæqualitas, ita etiam in  
societate Wesenb. d. tit. n. 10.

Et hæc pro temporis & instituti ratione dicta  
& scripta sufficient.

Tibi, ô æterne DEUS, qui etiam res penitus de-  
speratas donare & consummare tuæ virtutis  
magnitudine potes, l. i. §. 2. C. de  
*V. I. Enucl.*

## SIT LAUS HONOR ET GLORIA.

---

### COROLLARIA.

1.

**E**lectores justis impedimentis detenti ad electionem  
Imperatoris peragendam Procuratorem quemcunque,  
non solùm Collegam & Coelectorem possunt constitue-  
re. *Dissentit Wilh. Beker in Synopsi jur. publ. cap. 5. num. 5.  
pag. 41.*

2.

Jus primariarum precum Imperatori competit jure  
proprio, non ex mero Pontificis indultu. *Dissent. idem d.  
l. cap. 6. n. 4. pag. 60.*

3.

Capitanei, die Kreish. Obristen/ distinguuntur à Prin-  
cipibus, quibus est potestas indicendi conventus circula-  
res, (qui dicuntur Aufschreibende Fürsten) nec illis, sed  
his

his competit convocandi potestas. *Dissent. idem d.l.cap.13.*  
*n.18. pag. 199.*

4.  
Judaus ex testamento Christiani legatum capere potest.

5.  
Matrimonium solo consensu non contrahitur.

6.  
Consensus parentum in nuptiis liberorum non tantum de honestate sed etiam de necessitate requiritur de jure divino civili & Canonico. *Nec obſt. Recess. Imper. de Anno 1548. rubr. vom Sacrament der Ehe. §. Darumb. dieweil.*

7.  
Sponsalia de præsenti sunt commentum Canonistarum.

8.  
Adulter uxore mortua eam, quam constante matrimonio per adulterium polluit, ducere potest.

9.  
Inexcusabilis Papæ lapsus deprehenditur in c. 4. extr. de jud. & can. 16. cauf. 32. q. 7.

F I N I S.



**ULB Halle**  
005 714 745

3



bdz



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS

DE

UNIONE PROLIMUM,  
QUAM

SUB PRÆSIDIO

SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ  
TRINITATIS

EX DECRETO ET AVTHORITATE

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET  
AMPLISSIMI JCTORUM COLLEGII  
IN INCLYTA ARGENTORATENSIMUM  
Universitate

*Pro consequendis summis in utroque jure  
honoribus insigniis & privilegiis*

DOCTORALIBUS

Publico & solenni examini submittit

JUSTUS FRIDERICUS Schöner  
Suinfurto Francus.

Ad 11. diem Mensis Augusti  
In Auditorio maiori

ARGENTORATI

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

Anno M DC XLII.

34 354.

1642, 5.

